

F. K. III.

Z d
3153

S T E M M A
INCLYTAE GENTIS STRVVIANAE
PROPOSIT,

AD
RENOVANDAM MEMORIAM
**IOHANNIS GOTTLLOB
PLAZII,**

I. V. D.

ET IN HAC LVSATIA

CANCELLARII,

DIE XIII. MAI, ccccclxx.

MAGNIFICVM VRBIS SENATVM,

CETEROSQUE

REI NOSTRAE
EGREGIOS FAVTORES,

SVMMA OBSERVANTIA ATQVE HUMANITATE

INVITAT

M. CHRISTOPHORVS HIEREMIAS ROSTIVS,
RECTOR.

BVDISSERTAE,

LITTERIS VIDVÆ SCHOLTIÆ,



De gente Aemiliorum ita Cornelius Tacitus scribit Annalium sexto, cap. 27. Aemilium genus secundum bonorum ciuium, et qui illustri fortuna egere; quam laudem Aemiliorum transferre licebit ad eas familias, quæ doctrinæ atque litterarum gloriam quasi hereditario iure obtinuerunt, et iam per annos ducentos, ad bene præclareque de omni republica merendum, propagatae sunt in hac Saxonie: quo in numero inprimis habentur Carpzouie, Lyserie, Menkenia, Oleariae, Strauchiae, Struviæ, aliaeque non pauce, quas doctarum nomine concelebrare solent. Ac de Carpzouiis quidem Kochlerus in libro magnarum deliciarum, et magna diligentia, *in den historischen Münzbelustigungen*, dilucide expoluit, suaque effecit opera, vt omne illud nomen clarissimum in excello, et illustri loco situm esset ad seculorum admirationem; similiterque alii de aliis tradiderunt. Nos quidem ita nobis persuademus, factiuros nos esse rem multis gratam, atque vtilem, si monumentum aliquod Struianiæ familie prodiderimus, non, quo omnia plane sint nobis cognita atque comperta, quæ ad eius gentis historiam pertineant, sed vt pro copia atque facultate memoriae isti confulamus, et quasi quadam iaciamus fundamenta, quibus vel a nobis quidem, vel ab aliis rerum earum studiosioribus, amplior laus ac plenior gentis excitari atque constitui possit.

Ac generis quidem Struianiæ proauetor, vt Suetoniano verbo vita-
mur, qui sui generis initium abs se genuit et propagauit, Iohannes fuit
Struivius, clientela Cram, in agro Brunsuiceni predium est, quam pa-
ternam atque avitam possessionem propter temporum iſorum fortunam,
relinquere Bartholdo, filio, non potuit. Enimuero ipse sibi Bartholdus
alium agellum, vocabulum ei est *Wanzleben*, tractus Magdeburgici, ac-
quisiuit, vbi iudicii Archiepiscopalis laudabiliter meruit praefectus, de
quo munere Burcardus Gotthelf Struivius in piis Manibus hoc modo:
„Ampla hæc est dignitas, et inter omnes praefecturas Archiepiscopatus
„olim, nunc Ducatus Magdeburgici, primaria; Singulare eidem nomen est
„praefecti rerum molendinarum, Mcellenvoigt, cuius denominationis origo
„ignoratur quidem, coniectura tamen sunt, in loco isto, quo nunc pre-
„fectura extat domus publica, Die Mellenvoigtey, olim constituta fuisse
„molendina, quibus a cura, et iure dicunda presuerint isti. Officium
„autem in eo consistit, vt omnem iurisdictionem, quæ Electori in ipsa
„veteri sic dicta urbe Magdeburg, Sudenburg, et Neustadt, agro quo-
„que Magdeburgensi, et vicinis pagis competit, administraret, iurisdicendo,
„et rebus criminalibus praefat, et alia clementissime demandata expediat.”
Habuit autem Bartholdus filios duo numero, Georgium Adamum, et
Iohannem Augustum, Capituli Magdeburgici Syndicum, duorum itidem
filiorum parentem, quorum alter, cuius nomen accurate meminisse hoc
tempore non possumus, Pastoris primarii gradum ad ædem Iohanni,
Magdeburgi celebratur, tenuit, et, superstite vtriusque sexus sobole

circiter annum clo^lcc^l. decepsit; alterius autem, Gebhardi Adami, aulae Prussicae consiliarii, filii tres, meritis et honoribus aucti, ad hodiernum vsque diem viuunt. Sed tamen Georgii Adami et maior fuit claritas, et proles longe numerosior, quippe qui Iuris in Academia lenensi Antecessor Primarius, et libris multis editis, et vero quinque, et viginti liberis fulceps, famam atque decus familiae mirum in modum adauxit, vir et exquisita doctrina, et singulari industria praeditus, adeo, vt nec moriens iam cessaret, Collegisque diceret audientibus: *Ordinarium lenensem flantem mori oportere*: quam vocem ex libello didicimus in funere Viri a lenensi Academia, die XXVII. Decembri clo^lc^{xi} proposito. Ex eius liberis quinque maxime commemorabiles esse videntur filii, Iohannes Guilielmus, Georgius Gottlob, Burcardus Gotthelf, Fridericus Theophilus, et Ernestus Gottholdus, quorum duo priores gradum intimi consiliarii in Principalibus aulis ascenderunt, tertio et quarto loco nati Professores artium atque Iuris in Academiis meruerunt, ultimus natu medicinam salutariter in Ucaromarchia fecit. Etsi autem omnes illi clari arque magni habiti sunt, tamen Burcardus Gotthelf sic eminuit inter fratres honoratos, vt luna inter sidera minora splendet, scripsitque libros bene multos varie, nec vulgaris doctrinae plenos, perfectos illos ingenio, elaboratos diligentia, quos tanquam natos ex se reliquit, qui non modo eo fuerunt superflites, sed etiam immortales futuri sunt, adeo, vt, quamvis filios nullos genuisset, tamen stirps ei deesse non posset. Neque vero non gens ipsa per matrimonia minorum fratrum nouas radices egit. Namque Fridericus Theophilus in Academia Kiloniensi, vbi Struianum non quasi videtur habitare, vidit ex se filios tres, Carolum Fridericum Guilielmum, Medicum Holzmundensem, Ottonem Guilielmum, pigmentarium Laufonensem in Helveriis, et Fabianum Sebastianum, qui legato Indulgentissimi nostri Principis in comitiis Ratisbonensis a lecetrioribus epistolis est. Ernestus autem Gottboldus, artis salutaris Doctor, et Marchiae Vearicae Physicus, ut quintus ipse numeratus est inter fratres, ita etiam totidem auctus est filii, Carolo quidem Dietloffo, gregis fidelium Schœneuerderæ propter Premislauiam, Paflore vigilatissimo, quem patrem Deus immortalis esse voluit Caroli Ernesti Hieronymi, nostra disciplinae egregi: alumni, per hos ipsos dies in Academiam Lipsiensem, amplioris profectus causa, cum verissimo laudis testimonio digressi: Ernesto Gottholdo, viro longe clarissimo, qui præpositus regendis valetudinibus Petri III. Roxolanorum Imperatoris, acerbissima morte Petropoli extinxetus est, sive tristissimum desiderium reliquit duobus filiis, Ernesto Friderico, Medicinæ apud nos Doctori experientissimo, doctissimoque, et Friderico Gottholdo, qui candem artem Kilonii sedulo, et feliciter exercet: Friderico Christiano, in Academia Kiloniensi Professore Medico, et Principali Consilio: Beniamino Augusto, Gorlici in hac nostra vicinia, pharmacopola honestissimo, et tandem Christiano Adolpho, clientelarum Friedersdorff, et Kleinscitschen, Iuris utriusque Doctore celeberrimo, Senatore huius urbis Amplissimo, cuius erga me innumerabilia officia, et singularem benevolentiam nec tacitus hoc loco præterire, nec vero satis digne prædicare atque laudare possum.

Sed quoniam haec non omnino plane atque perspicue, et, nisi possum sit ante oculos stemma generis, videntur obscurius disputari, age sane ira faciamus, vt illa luce nostra haec prolusio quodammodo colustretur. En vobis stemma ipsum quasi adumbratum.

Zd 3153. FK.

x3185557

IOH. STRVVE
gentis proau^tor.

BARTHOLDVS STRVVE,
præfectoræ Archiepisc. Magdeb. præfclus

GEORG. ADAM. STRVVE,
Ordinarius Ienensis. † 1692.

JOH AVG STRVVE,
Capit. Magdeb. Syndicus. † 1704.

N. N. Pastor Primarius ad ædem
Iohannis Magd. † circiter 1750. GEBHARD ADAMVS,
aulæ Prussicae Consiliarius.

N. N. N. N. N. N. Pastor ecclesiæ Zerrenthinæ in Vcaro- Senatui, oppido- N. N. Quæstor marchia. lezjoni.

JOH. GVIL.	GEORG.	BVRC.	FRIED.	GOTT-	ERNEST.	GOTT-	queGlo-
STRVVE,	GOTT-	GOTT-	LIED	STRVVE,	HOLD	STRVVE,	gauenfi
Confilier.in-	LOB	HELP	Prof.	luris Kilo-	dirigen-	Med.Doct et Phy-	do præ-
timus aulae	STRVVE,	STRVVE	nienfis.	sieus Marchia&Vca	ficius	fetus,	
Arnstadtien- sis.	Confil.	Pr. Hist.			rice,		
	intimus	et luris					
	aula	Ienenfis.					
	Darmst.	† 1738.					

CAROL. OTTO	FABIAN.	CAROL.	ERNEST.	FRIED.	BENIA-	CHRIST.
FRID.	GVL.	SEBAST.	DIET.	GOTT.	CHRIM.	MINAV.
GVL.	STRVVE.	STRVVE.	LOFF	HOLD.	STIAN.	ADOLPH.
STRVVE.	Pigmen-	legationi	STRVVE.	STRVVE.	STRVVE.	STRVVE.
Physicus	tarius	Saxonii	Pastor	Penitilli.	Prof.	pharma-
Holz-	Lafsoni-	ca ab	Schoe-	Imper.	med.	ctor,
munden-	ensis.	epifolii	newerd.	Medicus	copola	et Senator
sis.		secreta	Medicus	Kilon.	Gorlic.	Budiffens.
	Ratisbo-	nt.	inVaro	† 1743.	n. 1717.	n. 1721.
	nt.		March.			n. 1723.

FRID. GOTTF.
CAROL. ERNST STRVVE; HOLD
HIER. STRVVE, Medic. STRVVE;
artium in Acad. Doctor Medic.
Lipscienf. cultor, Budissin, Doctor
n. 1751. n. 1739. Kilon. p. 1742.

Hactenus rudi Minerua de inclita gente Struviana. Enimvero nullus dubitauerim, fore, qui, licet mecum omne nomen Struvianum mirifice colant atque diligent, satis tamen admirari non possint, quo iudicio ego illam pulcherrimam occasionem, qua melior futura esse non videatur, prætermissem, de non ignobilis genere Plaziorum differendi. Factum autem ita est a nobis, non quo familiam Plazianam non maximu[m] putaremus, eiusque erga hanc scholam voluntatem atque munificientiam contemneremus, quod fane committee[re]t nemo, nisi aut rerum omnium ignarus, aut impie ingratus esset; sed partim, quia ei desiderio iam satis fecit, desideratissimum nostrar[um] collega, cuius memoria incredibiliter lauenus, Gafpar Abrahamus Vuesius, Gymnali[us] Conrector, programmatae **cl^occclviii.** edito, partim vero et a nobis satis fiet, si quidem aliquantulum vite suppeditare sique Magnificus Senatus dederit nobis hanc veniam, ut res ab urbis Consulibus, quorum imagines defixa spectantur in curia, enarrare licet. Eorum in numero etiam est Christianus Theophilus Plazius, frater Iohannae Gottlob Plazii, in hac Lusatia Cancelleria Splendidissimi, cui Gymnasium obstricatum est memoria septimpotens, quam die crastini, more atque instituto scholastico, habenda oratione, et recitandis carminibus renouabant

FRIDERICVS GOTTLLOB HARTMANN. Budissensis

CAROLVS CHRISTIANVS AVGVSTVS DIETRICH, Muska Lusatus.

CAROLVS AVGVSTVS RITTER, Milkel Lufato:

Ad quos audiendos beneuelle Magnificum Senatum, ceterosque rei nostrae Egregios Fautores, summa obseruantia, pari humanitate inuitio. Quod si fuero consecutus, dabo fane operam, vt bonum nomen existimari possim.

P. P. Budissa, die XII. Maii, 1919

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Z d
3153

F.K. III

STEMMA
INCLYTAE GENTIS STRVVIANAE

PROPONIT,

AD

VANDAM MEMORIAM

NIS GOTTLLOB
PLAZII,

I. V. D.

ET IN HAC LVSATIA

NCELLARII,

XIII. MAII, ccccclxx.

VM VRBIS SENATVM,

CETEROSQVE

REI NOSTRAE

IOS FAVTORES,

DESERVANTIA ATQVE HUMANITATE

INVITAT

HORVS HIEREMIAS ROSTIVS,
RECTOR.

BVDISSAE,

ERIS VIDVAE SCHOLTIACE.



Farbkarte #13

B.I.G.

8	7	6	5	4	3	2	1	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres																										
Inches																										
Blue	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black																	
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	